



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Vitæ S. Ferdinandi, Regis Castellæ Et Legionis, Ejus
Nominis Tertii**

Papebrochius, Daniel

Antverpiæ, 1684

Præfatio De causa & fine hujus ad Acta Ferdinandæa Additamenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42333

HISTORIA ET MIRACULA
S. CRUCIS CARAVACANÆ,

ipso quo S. Ferdinandus nasciturus erat
anno MCL XXXXVIII,

per Angelos in Hispanias allatæ.

PRÆFATIO COLLECTORIS

Dicitur. Ostquam in prima opusculi hujus molitione, historiam hanc suscepeream reducendam ad annum Sancti Regis natalem, unde eam quarundam recentium fabellarum assumpta temere fides alienarat, suaseratque ad annum MCCXXXII adulterumque jam S. Ferdinandi imperium differre; suscepto tunc argumento videbar mihi fecisse satis Parergo primo, quo disputatur, An & quomodo ad hujus temporis ac Regis historiam pertineat revelatione Crucis Caravacanæ. Prefatus autem, miraculosæ isti apparitioni, præter immemorabilis temporis traditionem, abunde attestari antiquissima ipso in loco monumenta; de Miraculis vero, quæ sunt recentioris ævi fere omnia, legitimeque testata, ambigere neminem; credebam satis me cavisse, ne ex illa fictionum post additarum convictione detrimenti aliquid pateretur honor sacri istius Pignoris. Recognoscendi nihilominus, opellam presentem, jam fere absolutam à prelo, in ordine ad editionem alteram, ipsis in Actis Maii faciendam, visum est, utilem, neque solis Hispanis, sed etiam aliis omnibus gentibus Christianis (ad quas Crucularum Caravacanarum usus & estimatioque peruersit) rem gratam me facturum; si denuo exorsus à principio, novam instituerem tractationem, in plura distinctam Capita, Actisque Ferdinandæis subtexerem; Historie illius